

T A B L A .

¶ Idem dicendum esset de eo, qui machinatus est in mortē suæ vxoris, vel in mortem mariti suæ adulteræ, cum qua [mortuis præfatis, vel altero præfatorum] contraxit.

¶ Adde, q̄ etiam in præfatis exemplis & similibus, fratres possunt dispensare in ipso foro interiori, ante factum Matrimonium, quandoq; sicut & post factum, quando scilicet, aliàs probabiliter sequeretur scandalum. Casus est, si quis carnaliter cognouerit consanguineam, suę sponse, siue ante ipsa sponsalia de futuro, siue post. Et hoc ante Matrimonium, & à sponsalibus resilire non potest sine probabili scandalo, aut sine vehementi suspitione, diffamationis suæ, & mulieris cum qua peccauit, quia forte diu ipsi ambo qui peccauerunt, in eadem domo habitauerunt, insimul cum ipsa sponsa. Et si intendat resilire à sponsalibus, nullam aliam potest pretendere causam legitimam resiliendi, & tamen eius parentes, & sponsæ etiam parentes penitus eum inducunt, vt Matrimonium cum sua sponsa contrahat. Quòd si noluerit statim propter suspensionem erit probabiliter odia, & homicidia, inter sponsi & sponsæ parentes, sed & forte mulier, cū